Heroibus virtute functis
edito
Bergero Thorlacio
Equiti Ord. Danebrog: aurato.
S.R. Maj. a Consiliis Status.
Etc. Etc. Etc.
Fautori suo Optimo,
ad cineres colendo.

d. d. d.

Grimus Johannes Thorkelin

Panegyris

Gratulatoria

In honorem

VIRI

Admodum Reverendi, Clarissimi, Excellentissimi,

DN. M. THEODO-RI THORLACII

Diecœsis Schalholtensis vice-Superintendentis Vigilantissimi, cum in Celeberrima Danorum Metropoli Hauniâ ad Diem 25. Febr: An: M. DC. LXXII: in Æde D. Virginis, ad Episcopale Munus suscipiendum solenniter Crearetur, crassâ minervâ concinnata, Amoris tamen & honoris testificandi gratiâ nomina sua subscripti sympatriotæ votis annectunt.

H A F N I Æ.

Literis CHRSTIANI WERINGII, Acad: Typogr.

Anno 1672.

QUi ſua continuo macerabant membra labore,
Jugibus ac ſtudiis tempora longa dabant,
Si non condignum Muſis cepêre minerval,
Ceſſarunt ſtudio deinde vacare gravi.
Fama fidem fecit Campanos taliter olim,
Sæpius â doctis abſtinuiſſe libris,
Nam cum Doctrinæ meriti ſint præmia nulla,
Tæduit Aöniis invigilare viis.
At ſecius longe, multum THEODORE Magiſter
Temporis inſumis, non ſine laude libris.
Non fugis Oceani prævaſti gurgitis undas
Sæva nec inſani militis arma times,
Non tibi ſolſtitium, non inclementia brumæ,
Frigore nec nocuit ſævior urſa tibi
Sydera Gallorum Germanorumq; remota
Rimatus, laudis præmia digna metis.
Hinc tibi Lauriferos reduci mox Dania honores,
Nempe Magiſterii, præmia digna dedit.
Nec ſatis hoc: ſed divino comitante favore,
Impoſita eſt fronti ſacra tiara tuæ.
Regia namq; tibi tantos indulſit honores
Majeſtas hodie conſecrat ordo ſacer.
Sacrorum antiſtes cathedrali ſede locandus.
In patriâ grandis ſyderis inſtar eris.
Incola nudato quivis te vertice adoret
Te pronum curvo poplite vulgus amet:

Eminus

Eminus applaudant reduci tibi, cominus omnes.
Factus enim es gentis lausq; decusq; tuæ.
Simplice qvæ fudit CLARISSIME pauca magister.
Metra senex calamo, consule quæso boni.

Bardi Annò CIↃ. IↃC. LXXI.
9. Augusti

Honoris & Favoris Ergò
Scripsit
Sueno Jonas. Ecclesi:
Bard: in Islandia
Boreali. P.

VT semper spectare licet, qvæ præmia
Captent,
Tutati munus sedulitate suum:
Inclyta qveis virtus per tot discrimina rerum,
Per mare, per terras, exstitit alma Comes:
Sic jam VIR præstans in te documenta videmus,
Gloria cui major parta laborê venit.
Scilicet has meruit THEODORI industria laudes,
Et doctrina tuis dotibus eximia;
Qvas precor omnipotens, PRÆSUL dignissime,
semper
Conservet, magna prosperitate DEUS!

Ita ex animo gratulari
voluit
SNÆ-BIØRNO BIØRNONIUS Jsl.
Scilicet

SCilicet ut fixis alté radicibus hærens
Arbor opaca comis, gelido contermina fonti
Largiter illa ferax præstantia munera, tandem
Viribus aucta suis, nulli non grata colono.
Et promit conditq; alternis frugibus, atq;
Ceu semper florens, solidò stant robore trunci,
Lætaq; sublimes crescendo surgit in auras.
Alma Tuis haudqvaqvam aliter Venerande Magister
Rebus (at auspiciis prospexit ducta Deorum)
Una sui VIRTUS pretium, qvæ sola perennis.
Mille Tibi qvæsita diu jam reddit honores
Posuit ipsa (etenim jecerunt semina Musæ)
Altas in docto radices pectore vestro.
Tandem, cum generosa nihil formidet in Orbe,
Rité Tuum tulit illa pedem, sit GALLIA primus,
Inde secundus erit testis GERMANIA, porrò
Ære gravi pollens testatum id BELGIA reddet,
Longé HAUNENSIS erit Princeps Academia testis
Uberior, THEODORE Tuæ qvæ sola rependit
Mentis præclaræ claris conatibus amplos
Eximiosq; simul laudati moris honores.
Numina concumulent VIRTUTEM & præmia reddant!

VOTUM.

Faustum nunc votum semper Dignissime PRÆSUL
Inferat officio felicem attingere metam.
Augeat alma DEI sacros Tibi dextera laudes,
Teq́; diu terra concedat Numine fultum.
Bella Tua Primas præstansq́; industria mentis
Erexit Titulos, Encomia nactus, & inde
Apta Tuum summô Caput Infula vestit honore
Tandem qvod superest, Magnus, Te, JOVA precabor
Ut Patria incolumem numerosa ad secla reservet,
Munus at excipiat cœlestis GLORIA Vita!

Plurimis Excell: ipsius Beneficiis
devinctus gratæ mentis contestandæ ergo
gratulabundus applaudit
THORSTENUS GERHARDI Isl.

Tandem fausta dies, resplendet ab æthere Celso
Collustrans radiis, Orbis opaca suis.
Irradians totus, sacro pietatis honore
Diffundens radios, orbis in arva suos.
Optatusq; diu. patriæ fert Commoda multa.
Et decus, & Laudem, dexteritate pia.
Quæris lætitiæ Causam? Quid verba notentq;?
Fausta diesq; simul mox tibi nunc referam.
FAUSTA DIES! nobis virtutum floribus auctum.
Demonstrat summa, Cum pietate virum.
Hunc THEODORE tibi, sacrum pietatis honorem.
Impendit rutilo; Christus ab axe Poli.

Vir.

Virtutum radiis nides rumore ſecundo,
Dania teſtis erit Cætera regna probant.
Ipſa ſuos virtus Cultores laude Coronat.
Et tandem meritis munera digna dabit.
Intentus Studiis ſacræ ſemperq; ſacratis
Scripturæ volvis lemmata Sancta manu.
Ergo macte animi ſtudiis pietate paratis.
Nunc venit ex merito gloria vera Comes
Qvid multis referam? te nunc venerande magiſter
Inſuper ornavit dotibus ipſe Deus.
PRÆSULIS officij ſacrato Compſit honore,
Qvod tibi fortunet Cordicitusq; precor
In patriam radios ſpargit ſua fama decoros
Cæleſtisq; mones dogmata Sancta viæ.
Promicat illa tuæ pietatis fama per aſtra
Tu lumen patriæ, Tu decus ipſe tuæ.
Officio faveat ſummus moderator Olympi
Incolumemq; diu te patriæq; tuæ.
Conſervet voveo, multos feliciter annos
Præbeat & mea nunc ſeria vota ſient!

VOTUM.

FÆlix officium Præſulis Optimi
Cæleſti vigeat numine perdiu,
Fuſis promeritum te precibus virum
Fauſto comprecor omine
Ingreſſusq; tui nunc ſimul intime
Conſecret Deus, & proſpera præbeat
Qvævis, nempe tibi vir megalonime
Opto Chriſte medullitus.
Votis nunc faveat cunctipotens Deus
Aſpiretq; tuis numine Muniis
Annos ad Pylios incolnmem diu
Conſervet Patrio Solo.

Fautori ſuo Magno, ætatem Colendo
Ita devote applaudit
JONAS JONÆUS Isl.

Cum, certo moderans currentia tempora motu
Chynthia lux, magni Oceani consurgit ab undis,
Omne genus volitans avium stridentibus alis,
Cantu nascentem solemq; diemq; salutat.
Haud secus Islandos, testari gaudia plausu,
Induere & facilem gaudenti pectore oportet
Vultum; Etenim novus & nitidus sol arte refulget.
Hic SOL est THEODORUS amans Pietatis & omnis
Regula Virtutisq;, Orientis Fama, decusq;.
Salve Docte Pater, PRÆSUL Venerande, MAGISTER,
Infula jam nitidos advelat candida Crines,
Nostræ Tu Patriæ, Lux & Fax GLORIA, Splendor;
Vive, vige, flore, Pastorum summe SACERDOS!
Te servet semper Dominus Regnator Olympi!

Ita gratulabundus
applaudit.
THORSTENUS GUNNERUS Isl.

Omnipotens Dominus rerum cui summa potestas
Veram Virtutem diligit atq; colit,
Sic qvicunq; student, vero pietatis amori,
Accipiunt iterum præmia larga Dei
Mox dedit exemplum THEODORUS nomine clarus
Qvi Virtute sua præmia digna tulit,
PRÆSULIS officium Deus huic concessit ab alto,
Qvod Pater Æthereus prosperet atq; juvet,
Omnes Vos igitur lætos diffundite vultus
Qvi Virtutem hominis noscitis eximiam
Ingeminate alacres plausum, luctuq; fugato,
Gignite grata pio gaudia nunc animo;

Intera

Interea hæc placido vultu cape munera; eiq;
Qvi tibi submissus porrigit illa; fave;
Deniq; te Dominus pylio prolixius ævo
Conservet, precor, his annuat ipse DEUS!

Ita animo integro, sed Musa infæcunda
gratulatur.

Gisfur Bernhardinus Isl:

QVem Deus omnipotens Claro mactavit honore,
Hunc debent homines concelebrare Virum.
Jam THEODORE tibi donavit CHRISTUS honorem
Condignum Merito perpete laude Viro.
HAFNIA Clara viris tibi nunc præclara laboris
Præmia suppetitat PRÆSUL amande gravis.
O! decus & patriæ Lumen dignissime PRÆSUL
Auspiciis faveat Summus amore Deus.
Sic ego nunc teneor, qvamvis mea musa tenella
Non possit Laudes sat trutinare tuas.
Attamen ut meritis addam pia vota serenis.
Atq; simul votis consonus esse qveam
Gratulor ergo tibi THEODORE ex pectore gratô
PRÆSULIS officio gratulor atq; tuo.
Hoc cæptum summus fortunet CHRISTUS ab alto
Prolongetq; diu dexteritate tibi.

Debiti honoris ergo ita gratulabundus
vovebat.

Bernhardus Gislavius Isl:

PRomicat totum variis per orbem
Jam dies felix radiis micante
Sole; Sed cæptis faveant suprema
numina nostris,

Hæc Dies ortô tibi nunc MAGISTER
Sydere illuxit THEODORE certè
Quâ tibi dantur meritò Laborum
præmia larga,
Nunc Magiſtratus pietate clarus
PRÆSULEM Jslandis, Patriæ tuendæ
Te creat, Sanctis precibusq; votis
nomine Jôvæ.
Ecce certatim tibi gratulantur
Jam tui Cives, etiam precantur
Optimis votis, animoq; mente
proſpera qvævis.
Qvas colis dulces etiam Camænæ
Accinunt omnes pia dicta votis,
Gaudiô cantant pariterq; Laude
cantica ſancta
Te ſuô molli gremio foventes
Cæpta cæleſtes Charites ſecundent
PRÆSULI accedant variisq; donis
proſpera cuncta,
I pede & fauſtô patrias ad oras,
Ito qvò virtus rapit, atq; fata
Qvò trahunt; felix, Dominiq; Sanctô
flamine tectus,
Vivito felix venerande PRÆSUL
Vivito felix ubicunq;: ſemper
Fretus alarum placidôq; molli
tegmine Ieſu.

Mæcenati ſuo plurimum honorando,
ita gratulatur.
JONAS HALLGRIMI. Isl:

INter Aves dulci Cantillat alauda ſuſurro
Atq; ſuas voces fundit in orbe procul
Sic mea nunc ſupplex te Carmine Muſa
ſalutat
Pectore & ex toto, proſpera ſancta precor.
Vive diu præſul THEODORE & fauſta Capeſſe
Munera, qvæ tibi nunc donat amore DEUS.

BIſkups Naffnid bindiſt vid
Bæna heitur Ande
Hefieſt tign med helgum Frid
Hellſt a fødurlande.

Ita gratulatur
JONAS SIGURDI Jsl.

TE precor Omnipotens rutilo qvi nixus Olympo
O! THEODORE Tibi proſpera cuncta ferat.
Felix officium, Felix votumq; manebit
Conſtans hæc voveo, Te DEUS ipſe beet.

HAllde Vallde heidre med/
A haudre ſudur Laada/
Beſt aff fleſtum Blydan tied.
Bioodeſt gledin Naada.

Ita gratulabundus aſſurgit
HAQUINUS THORCHILLUS Jsl.

IAm tibi Corde pio multum venerande MAGISTER,
Officioq; tuo, proſpera cuncta precor!
Nomen fert numen, divinis dotibus auctum;
Hoc THEODORE tibi miſit ab axe DEUS
Omnigenis votis qvæſo bonus omnia fauſta
Aſpiret, cumulet, proſperitate DEUS.

Gratulabundus ita poſuit.
BIÖRNO BENEDICTI. Isl:

SO hat der Himmel uns den Freůden blick gegeben
Wann wir nach Hertzens Wunſk. Anſehen itzt erheben
Den/der da wahrlich iſt des Vatterlandes Zier
Der aller Tugendt ſich befliſſen fůr vnd fůr/

Gluck Zu / vndt abermahl Gluck Zu dem hohen Nahmen
Des BISCOFS / dann Ihr seidt von Edlen BISCOFS Sahmen
Entsprossen / wie mann weis / der Himmel gebe das
Von eůch sich breite aus / der nahm' ohn' Unter-las /
Nun! dier Eiß-Kalte Landt gebůhret hoch zü preisen
Die Gnade so dir Gott Anitzo thut beweisen /
Dann Eh' der wehrte Greis / der als ein Vatter sich
Vndt wahres Kirchen haupt / erzeiget stetiglich
Ich sage eh' den er von hinnen noch mus gehen /
Kanstu mit höchster Lust vndt freůde itzt ansehen /
Den / so dir ist von Gott / nach Ihm nun eingesetzt
Wer ist der sich darob von Hertzen nicht ergetzt?
Ja! mußen dis auch nicht die hohen Anverwandten /
Erkennen recht mit lust. Auch sonsten die bekandten
Das der Allweise Gott so gnädig immer ist
Undt låst an Gůtigkeit. Kein auffenthalt noch frist
So tretet Gluklich an / dis hohe Ampt / es můssen
Des Nordt-eiß-Kalten Lands Gebirge eůch begrůssen /
Das gantze Vatterlandt. Lallt mit mihr diesen satz /

Wilkommen Tausendt mahl / O! Himmel-schöner Schatz.

Aus gebůhrender pflicht gesetzt
von seinem gehorsamsten diener

Gunder Gundersen.

Kallda Laadsins føl folld
Fagna nu vid thitt gagn
Sudur stoole enn ad
Yteſt giæfann haa-nijt
Luckan giefur thier theck
Thyna Oost i augsyn
Lofa slyka Guds Giøf
Glede og Sæmden er tied.

Ydur Weitist ædst Naad
Alldurs nægd og vardhalld
Inded gledie Liuft Lund
Latist heillen ny ad
Bæte Jafnan Baag hoot
Blydur herran ætyd
Flye allskins Oro
Eining vare lund hrein /

Wolldug høndin Guds gilld
Greyde ætyd so leid
Ad verde drottins vors dyrd
Vøndud medan dregst ønd
Lided epter Lyfs steyd
Laatist saalin full kaat
I skaut fødursins helg / huyt
Hallde eilyfft thar valld.

MAGNUS SIGURDSON.